Petre summe xpi pastor et paule gentium doctor. CONCORDIA
Aeclesiam uestris doctrinis illuminatam.
Per circulum terrae precatus adiuuet uester.
Nam dns petre celorum tibi claues dono dedit.
Armigerum beniamin xpc te fecit suum uasq; lectum.
Mare plantate petre xpc conculcare tuae dedit caritati.
Umbram tui corporis infirmis debilibusq; fecit medicinam.
Doctiloquos philosophos te paule xpc dat uincere sua uice.
Multiplices uictorias te paule xpo per populos adquisisti.
Postremo uictis omnibus barbaris.
Ad artem summi pergitis culminis germanos discordes subiugum
xpi pacatos iam coacturi.
Ipse neronis feritas principis. Apostolorū proeliis plurimis.
Uictores diuerse te petre et paule addixerat poene mortis.
Te crux associat te uero gladius cruentus mittit xpc. TII MARTIR̄
Laurenti dauid magni martyr milesq; fortis. IN NAT̄ S̄ LAUREN
Tu imperatoris tribunal. Tu manus tortorum cruentas. ROMANA
Sprevisti secutus desiderabilem atq; manu fortem
Qui solus potuit regna superare tyranni crudelis
Cuiusq; scs sanguinis prodigos facit amor milites eius.
Dum modo illum liceat cernere dispendio uitę presentis.
Cesaris tu fasces contempnis et iudicis minas derides.
Carnifex ungulas et ustor craticulam uane consumunt.
Dolet impius urbis prefectus uictus a pisce assato xpi cibo.
Gaudet dni conuiua fauo conresurgendi cum ipso saturatus.
O laurenti militum dei inuictissime regis aeterni.
Apud illum seruulis ipsius deprecare ueniam semper.
Martyr milesq; fortis. IN ASSUMPTIONE SCAE MARIAE
Congaudent angelorum chori gloriose uirginis. MATER.
Quae sine uirili commixtione genuit.
Filium qui suo mundum cruore medicat.
Nam ipsa laetatur quod caeli iam conspicatur principem.
Interris cui quondam sugendam uirgo mamillas prebuit.

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

Österreichische Nationalbibliothek

HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1043/0019